





9205. 1783, 12.  
DE  
**SPECVLI SAXONICI**  
**VSV ET AVCTORITATE**

EXPO NIT

ET

AD AVDIENDAM ORATIONEM

QVA

M V N V S

**PROFESSORIS IVRIS SAXONICI**

IN ACADEMIA LIPSIENSI

DIE XXVIII. MAI. A. C. N. CICICCLXXXIII.

RITE AVSPICABITVR

HUMANISSIME INVITAT

**IO. ADAMVS THEOPHILVS KINDIVS**

IVRIS SCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR SUPREMAE

IN PROVINCIA CURIAE ASSESSOR IVRIS SAXONICI

PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIUS

ACADEMIAE SYNDICVS.

---

LITTERIS KLAVBARTHIIS.

SEPOLCHRI SAXONICI  
TOMVS I.

EXCOPAT

E

AD VADIMINUM ORATIONEM

PROFESSORIS VADENSIA SAXONICI

EX CLOVIS DE VADENO



Quamquam in Germania, ex quo Themis peregrina illam occupauit, tanta iurum multitudo ac uarietas esse coepit ut aliarum super alias aceruatarum legum mole laborare videatur; tamen, cum per dissensiones Iectorum factum sit, ut illarum legum auctoritas haud raro incerta et vaga erret, quid mirum, si in ipsa legum copia earum inopia deprehendatur, siquidem incerto iure vt perinde est ac si legibus destituti essemus. Leges peregrinac in Germania vim iuris communis nactae sunt;

A 2

verum

verum enim vero cum non desint domesticae eademque communes, quae hodienum vsu seruantur, nomen iuris communis (*des Reichs gemeine Rechte*) non proprium est iuribus receptis, sed et legibus patriis nonnunquam tribuendum est, vt celeberrimus *Io. Steph. PÜTTERVS* omnium accuratissime probauit<sup>a)</sup>. Praeter illas leges communes et variae sunt particulares, vnicuique prouinciae Germanicae, quin ciuitati propriae. In omnibus his legibus rite applicandis hunc ordinem observandum esse praecipiunt interpres, vt a specialioribus ad generaliores procedatur, quo etiam tendit paroenia Germanorum: *Stadtrecht bricht Landrecht; Landrecht bricht gemein Recht.* Sed nisi et ea teneas, quae duumiri *S TR V B E N I V S*<sup>b)</sup> et *PÜTTERVS*<sup>c)</sup> de finibus inter ius patrium et peregrinum regundis accuratissime exposuerunt, non potes non labi, praecipue quando inter utrumque ius deprehenditur pugna. Vbi tum de iis negotiis, quae Germanis sunt propria, tum de illis quaeritur, quae Germanis pariter ac iis populis, quorum iura adoptarunt maiores, cognita ideo que communia sunt, leges domesticas dominari ac praeualere peregrinis uno omnes ore consentiunt, sed quae sint illae leges domesticae,

a) in *Beyträgen zum teutschen Staats- und Fürsten-Rechte II.* p. x. seq.

b) in *Neben Stundten V. Th. Th. XXVII.* p. 68. seq.

c) in *libr. laud. XXVIII.* p. 94. seq.

cae, quaeue hodienum auctoritate polleant, ac utrum in earum censum veniant collectiones consuetudinum medio aeuo adornatae, nec ne, mirum in modum inter se dissentient erudit*i* d). Qui quidem dissensus dici vix potest, quantum detrimenti adferat reipublicae. Hinc iudices velut in biuio constituti haerent dubii, ac pendentes animi, qua norma in rebus iudicandis sit vtendum; hinc tam incertus iudicij exitus, vt fortunae ac fortis iudicium videatur; hinc tot controversiae et tam variae sibique inuicem contrariae decisiones causarum tum in iudiciis tum in collegiis lectorum: cuius rei multa in promtu sunt exempla, ex quibus vnum saltem afferre lubet, quod maxime ad nostrum institutum pertinere videtur. Lite super iure succedendi in comitatum Rietbergensem inter comitem de Kaunitz et Principes Lichtensteinios coram iudicio imperiali aulico sub initio huius seculi feruente, illa cause sue defendendae praefidia petebat ex iure feudal Alemanno; hi autem, vsui huius iuris acerrime se opposentes, ad ius feudale Longobardicum prouocabant. Postquam principes Lichtensteinii non solum in possessorio, sed etiam anno 1610CCXIV. in petitorio causa ceciderant ac item redintegrarant, interposito remedio reuisionis, cause Lichtensteinianae pa-

A 3

tronus,

d) Haud mediocrem siluam T. I. p. 766. et Ill. Aug. Frid. Scriptorum eristicorum recensuit SCHOTT in hui. Biblioth. Suppl. Mart. LIPEN. in Biblioth. iurid. p. 280.

tronus, Stephan. Christoph. HARPPRECHT, ratus, cardinem rei in eo verti, vtrum iuris feudalis Alemannici usus hodienum obtineat nec ne, hanc quaestionem tum pluribus curiis feudalibus Germanicis tum collegiis lctorum proposituit. Qui cum responsum causae suae sauens tulisset, his testimonii instructus edidit anno 1610CCXXIII. Kiloniae commentarium: *speculi suevici et praesertim iuris feudalis Alamannici in foris vicariatus suevo-franconico-Palatini non usus modernus*, in quo ius feudale Alemannicum in foris Germaniae nullum habere usum legis, ideoque causas feudales, deficientibus legibus particularibus, secundum ius feudale Longobardicum decidendas esse efficere studuit. Quae sententia cum potissimum sautoribus prisci iuris germanici admodum disperceret, hos aduersarios nactus est HARPPRECHTVS. Calamum contra illam strinxit tum anonymous, qui observationes ad repetitam prooemii Harpprechiani editionem scripsit easque publici iuris fecit <sup>e)</sup>, tum Nicolaus

Hie-

e) Hamburgi 1723. Harum obseruationum auctorem esse Io. Henr. ARCHENHOLTZ senatorem ciuitatis Altenauensis, liquet ex epistola, quam inscripsit: *Vorläufige Nachricht und wohlgemeynete Anzeige, an (Tit) Herrn, Herrn Stephan Christoph Harpprecht von*

*Harpprechtflein, auf Kaltenthal etc: wie und wo derfelbe den unbekannten Verfasser der gegenseitigen, über den non usum modernum speculi suevici et iuris feudalis Alamannici gemachten Anmerckungen, ganz gewiss könne antreffen. In Biblioth. iurid. Lipen. (edit.*

1757.)

*Hieronymus GVNDLINGIVS*<sup>f)</sup>. Denique dicam scripsit HARPPRECHTO prisci iuris germanici acerrimus vindex et fautor *Henr. Chrif. de SENKENBERG*, adscito Ricciardi de Antiquis nomine<sup>g)</sup>. Iam etsi inquirere non vacat, quare euentus causae litem non dederit secundum Harpprechianam sententiam, de qua, si quisquam certe *Io. Iac. MOSERVS ó πάντα* accurate iudicavit<sup>h)</sup>, tamen hoc saltem ex iis, quae diximus apparet, auctoritatem iuris feudalium et Alemanni et Longobardici in dubium vocatam ac in utramque partem fuisse disputatam. Quod autem speculo sueuico accidit, ut de ilius vsu non conuenerit inter Ictos, id sane et speculum saxonum haud raro expertum fuit. Nec hodienum

res

1757.) T. II. p. 349. mentio fit obseruationum, quas in commentarium Harpprechianum scripsisse perhibent *Franc. Ernest. VOIGTIVM*. Diu sed frustra quae sui vias obseruationes Voigtianas. Ni si egregie fallor, hae sunt eadem obseruationes, quas supra citauimus et quorum autor est *ARCHENHOLZ*.

*lichen Ausarbeitungen, a Christoph. WEIDLICHIO, V. C. edit. (Hal. et Lips. 1773.) T. II. p. 23. seq.*

g) in epistola, qua *Hermannii Conradi F. sinteri sententia de usu iuris feudalium Longobardici in Germ. terris exponitur ac trutinatur* (Colon. 1739.) et apud *IENICHIUM in Thes. iur. feud.* T. I. p. 255. seq.

h) in *unpartheyschen Urtheilen von juridisch und historischen Büchern IV, St. n. I. p. 303. seq.*

f) Refutatio Gundlingiana opusculi Harpprechiani inserta est D. Nic. Hieron. GVNDLINGS Recht-

res desit disceptari, siquidem Itē in duas veluti sectas secedunt, quorum alii speculo Saxonico auctoritatem legis tribuendam esse affirmant, alii contra negant. Iam cum, munere Professoris Iuris Saxonici à Serenissimo Eletore FRIDERICO AVGVSTO, Optimo Maximoque Principe ac Patre Patriae mihi demandato, mei officii sit, Ius Saxonum in hac bonarum litterarum vniuersitate docere, a munere professionis haud alienum existinem, si de speculi saxonici usu et auctoritate in praesenti exponam ac quantum pretii ipsi sit tribuendum explicem. Quia in re ita versabimur, ut antequam usum illius hodiernum definire studemus, retro oculos flectamus et utrum speculum saxonum olim vim et auctoritatem legis haberit, ex memoria pristini temporis repetamus.

## §. I.

*Discrimen fontium a collectione Repkouiana.*

Iam primum omnium satis constat, nobilem Saxo-nem EPKONEM A REPKOW, auctoritate comitis HOYERI A FALCKENSTEIN impulsu, initio seculi XIII. consuetudines patrias, quae ad omne genus iuri-  
tum publici tum priuati veluti feudalis, criminalis et ciuilis  
spectent<sup>a)</sup>, in codicem, qui nomine Speculi Saxonici ve-  
nire

a) REPKOVIT diligentia non solum in compilandis iuribus anti-  
tis

nire solet, redegisse. De huius speculi indole qui recte iudicare velit, is fontes ab ipsa collectione secernere debet. Inter fontes speculi saxonici, de quibus eruditus exposuit *Christianus Ulricus GRVPENIVS*<sup>b)</sup>, numerantur non solum res perpetuo iudicatae, quarum magna apud maiores erat auctoritas, sed etiam lex saxonum antiqua, Caroli M. capitulatio de partibus Saxoniae et Capitulare Saxonum, nec non constitutiones Imperatorum Germanicorum, ex quibus omniaibus, quae in prouinciis saxoniciis vsu et obseruantia seruata sunt, in suam collectionem retulit speculator<sup>c)</sup>). Praeter illos fontes virum REPKOVIVS antiquis schedis vesus fuerit, non conuenit inter eruditos. Sunt, qui diu ante compilationem

tis versata fuit, sed etiam plura alia, quae maxime ad historiam spectent, compilationi suae admiscent speculator, qui nescio quam πολυμαθειαν affectarit. Sed ex illa rerum plurimarum farragine ad institutum nostrum tantum pertinent, quae de iuribus patriis retulit speculator.

b) in vorläufiger Antwort auf des Herrn Reichs-Hofraths von SENKENBERG *Visiones de collectio-*

*nibus legum germanicarum* *Sect. IV.*  
et *V.* im Hannöver. Magazin vom Jahr 1765. quam eruditam comminationem inseruit Ill. SCHÖTT f. *Sammlungen zu den Deutschen Land- und Stadtrechten* P. II. (Lipf. 1773.) p. 199. seq.

c) Io. Christ. MECKBACH Beweis, daß der Sachsen-Spiegel größtentheils aus den Capitularibus regum Francorum genommen sey (Eisenb. 1765.)

## B

tionem Repkouianam extitisse putent ius saxonicum in scripturam redactum et quidem eodem speculi saxonici titulo, quo postea REPKOVIVS vsls est, insignitum<sup>d</sup>). Suppetias probationis petunt ex PRESBYTERI BREMENSIS Chronico Holsatiae<sup>e</sup>), vbi Cap. XV. de Henrico Leone, duce Bauariae et Saxoniae narrantur haec: *dictae ciuitatis (Lubecae) incolis ius municipale a Speculo SAXONUM extractum, quod etiam adhuc habent et libertatem nauticibus dedit copiose (Sec. XII.)* Quis vero, omni dubitatione liberatus, testimoniis scriptoris, cuius fidei rato controversia mouetur<sup>f</sup>), acquiescat, et nequicquam habitis rationibus, quibus *Adamus Henricus LACKMANNVS*<sup>g</sup>) ad veritatem eorum, quae PRESBYTER BREMENSIS in capite allegato narravit, infringendam vsls fuit, nouum aliquod speculum saxonum

cum

d) GOLDASTVS in praef. der

Reichs - Satzungen. Ern. Frid.

SCHROEDTER in Iustiniano restitu-

to et desitu<sup>t</sup>o §. XI. Nit. Hieron.

GVNDLING in diff. de emtione uxo-

rum, dote et morgengabe c. III.

§. 37. p. 98. seq. Io. Gottl. HEI-

NECCIVS in Antiquit. Germ. Tóm.

I. L. I. cap. 5. §. 2. et Celebr.

Chrif. Gottl. RICCIUS in spicile-

gio iur. germ. p. 29.

e) apud LEIBNITIVM in accep-

fion. histor. T. I. p. 29. et Ern.

Ioach. de WESTPHALEN in monu-

ment. ined. rerum germ. T. III.

p. 42.

f) de WESTPHALEN in pra-

fat. ad T. III. cit. p. 15 et 35.

g) in diff. an unquam speculum

saxonicum extiterit speculo Epkonis

de Repgou antiquius (Kiliae

1748.)

cum audeat vnius hominis tenui auctoritate confingere ac  
commisici. Ast non desunt, quae auctoritati Chronicorum  
Holsatiorum opitulari videntur. Quemadmodum enim, ut  
medio aevo mos ferebat, libris nomen *speculi* dabatur, si-  
quidem ut exemplis utar, seculo XIII. ED MVNDVS VIR-  
GO *speculum ecclesiae*, GVLIELMVS DVRANTVS *spe-*  
*culum et repertorium iuris*<sup>h)</sup>, et VINCENTIVS BELLO-  
VALENSIS *speculum doctrinale*, *historiale*, *naturale* et  
*mora le conscripserunt*<sup>i)</sup>, sic ipsa appellatio *speculi saxonici*  
non videtur propria suisse compilationi Repkouianae: in  
quam rem testimonium haud spernendum praebere vide-  
tur ipse autor *speculi saxonici*, EPKO DE REPKOW  
in Breui *Chronico Magdeburgensi* ab *Anonymous germanice*  
verso, quod *Io. Burchard. MENKENIVS* ex codice bi-  
bliothecae Paulinae publici iuris fecit<sup>k)</sup>. In illo chrono-  
co REPKOVIVS Constantium M. refert saxonibus pri-

B 2

vilegia

h) Vid. *Guidi PANZIROLI de que ad tempora regis Wilhelmi olaris legum interpretibus L. III.* enarrat, non, ut SENKENBERGIVS in *prefat. ad T. I. Corp. iur. germ. §. 8.* opinatur, Epkonem de Repkau ianiorem, sed eundem, qui considerit *speculum saxonum*, suisse autorem maxi-

i) Plura exempla affert CAR- PENTIER in *Glossario sub voce speculum.*  
k) in *scriptor. rer. germ. T. III.* p. 350. seq. Huius chronicorum, quod res a creatione mundi vs-

pore

vilegia dedisse, quae vulgo appellarentur *speculum saxonum*. Ibi enim *Her bekarte ouch*, inquit<sup>1)</sup>, die *sachsen und gabe en ir priuilegia*, daz wir die *Sachsen-Spiegel heissen*. Nam etsi superuacanea bonisque horis plane indigna foret opera, quam impenderem huic putidissimae fabulae, quae et ab autore prooemii speculi saxonici, cuius verba initialia sunt: *Got der da ist begin und ende aller Dinge*, nec non glossatore ad hoc prooemium decantata fuit, refellendae, (nullus enim Constantinorum est, qui leges saxonibus ferre potuerit), tamen hoc saltem exinde effici posse videtur, nomen speculi saxonici tunc temporis commune fuisse cuicunque compilationi iurium saxoniorum, praecipue cum non defuerint collectiones legum saxoniarum. *Vetusissimus enim ex seculo X. scriptor*, qui sub Ottonibus Imp. et vsque ad tempore Henrici I. vixit, *WITICHINDVS Corbeiens*. *De legum vero*, inquit<sup>m)</sup>, *varietate nostrum non est*, in hoc

pore vixisse non constat, tum quia Chronicon ad preces comitis de Falckenstein, quem coaeuum Epkonis de Repkau speculatoris fuisse constat, in linguam germanicam versum fuit. Ita enim interpres in praefatione:

*Das her Gote ymmer mynne  
Sitt sine Genaden synt so ryne*

*Den von Frankensteine (lege Falckensteine)*

*Thuen in deynes seligen Genos  
Und secze en in Abrahames schos  
Wenn von fines bethe geschen ist  
Datz man dicz buch duczsche lfft.*

1) apud MENKENIUM in l. e.

P. 353.

m) in *Annal. Lib. I. p. 634.*

hoc libello differere, quum apud plures inueniatur lex saxonica diligenter descripta. Sed res salua est. Fabula enim a maioribus fama constanter tradita aetate REPKO VII circumferebatur, Constantiū M. saxonibus legislatorem extitisse. Cum autem REPKO VIVS collectionem consuetudinum saxoniarum, nomine speculi saxonici insignitam considerit, locus, quem ex Chro-nico Magdeburgensi supra allegauimus, secundum communem illam opinionem, qua ipse REPKO VIVS dece-pitus Constantiū M. saxonibus leges dedisse hasque se in speculo collegisse putauit, intelligi debet, nec adhiberi ad firmandam coniecturam eorum, qui collectiones legum saxoniarum, easdemque titulo tunc temporis solenni speculorum insignitas diu ante Repkouianam putant extitisse. Sed nolo huic rei diutius inhaere-re, ne fluctus in simpulo mouere videar.

## §. II.

*Speculum saxonicum origetenus non habet  
auctoritatem legis.*

REPKO VIVS cum tantum compilatoris officio sit functus, non legislatoris principis auctoritate instructus, speculum ipsius, iudice de WESTPHALEN<sup>a)</sup> non nisi

B 3

inter

a.) in praefat. ad I. III. mo- num. inedit. rerum germ. p. 49  
not. kk.

inter libros dogmaticos referri potest dicique meretur priuati Icti commentariolus, licet in eo iura auita patriae, ordine minus concinno, nec limato vbiuis iudicio, sine villa doctrina, prout tunc erant litterae incultae, et intermixto multiplici lolio, exposita fuerint. Quare compilatio Repkouiana, cum et a priuato et priuata auctoritate sit facta, non habet vim legis, quippe quae in sola summi imperantis voluntate vel expresse vel tacite promulgata ponitur. Nec aliud euincunt fontes, quibus usus est REPKOVIVS. Qui etsi ex pristinis legibus patriis nonnulla in suum retulit codicem, tamen qui ideo integrum collectionem vim legis naestam fuisse coligeret, nae is nubem pro Iunone venderet, siquidem compilatio ab eius contentis secerni debet. Quis enim compendium seu commentarium super iure ciuili elaboratum pro ipso iure ciuili habeat? Quicquid igitur iuris pristini insertum erat speculo saxonico, id non ea de causa vi legis pollebat, quod redactum esset in illam collectionem priuatam, sed illius ratio aliunde pendebat<sup>b)</sup>.

Nec

b) *Io. Adam. KOPPIVS in Historia iur. P. V. Thes. X.* rem accurate definiuit. Fuerunt, inquit, (speculum saxonum et suecum) collectiones mere priuatae, ex moribus et consuetudinibus harum prouinciarum, nec omnibus quidem, priuato studio congregatae, quae nequam vim et auctoritatem legis habuerunt ex ipsa compilatione, sed ex usu et obseruantia, et quatenus cum moribus in prouinciis hisce a seculo X. ad seculum XIII. receptis atque obseruatis conueniebant,

Nec denique nostrae sententiae obstat nomen iuris caesarei (*Kaiservecht*) quod speculo saxonico olim subinde tributum fuit <sup>c)</sup>, siquidem illo nomine ex filio mediæ aeu*insig-*

<sup>c)</sup> *Io. Christoph. HARENBER-*  
*GIVS in Histor. ecclæsiae Gandersh.*  
*diplom. p. 1169.* habet diploma  
*de anno CCCCCCLXI. vbi LVIT-*  
*GARDIS Abbatissa Gandershei-*  
*mensis dicit: sprechen we vor recht*  
*na rechtene hove lene, vnd na der*  
*denstman rechte also we dat bescre-*  
*ven vindet in deme Keyserrechte,*  
*in deme Capitele dat sick beginnet:*  
*Got heft den Menschen ghebildet,*  
*na ome sulven etc: In deme sulven*  
*Capitele sleit gescreven, dat de*  
*denstman neyn recht en hebben,*  
*wenne also de Herre one gift, dar*  
*se vnder ghebornen sin. Locum spe-*  
*culi saxonici, ad quem LVITGAR-*  
*DIS in hac sententia decisoria pro-*  
*vacat, videre est in Landrecht L.*  
*III, art. 42. Autor speculi saxo-*  
*nici belgice versi compilationi*  
*Repouianæ etiam nomen Kai-*  
*serreht tribuit. Hier cyndet, in-*  
*quit in sine versionis, dat boet*  
*der Kayserrechten gheheten. die*  
*Spiegel van Sassen. wel ghe*  
*corrigeret vten latine. Vid. Holl*  
*ändischer Sachsenpiegel nach der*  
*raren Goudaischen Ausgabe von*  
*1479. mit des Herrn Consistorial-*  
*Raths C. V. GRVPEN, und Herrn*  
*Syndici MEERMANNS gelehrten*  
*Nachrichten von denen Holländi-*  
*schen Editionen des Sachsenpiegels*  
*und deren Verfasser (Franc. und*  
*Leipz. 1763. p. 120.) Eodem sen-*  
*tu speculum saxonum quando-*  
*que lex saxonum vocatur. Sic Theo-*  
*dor. ENGEHVSIUS apud LEIB-*  
*NITIVM in scriptor. rer. Brunsui-*  
*cens. T. II. p. 1649. Hinc arbi-*  
*tror esse, inquit, quod in Legibus*  
*Saxonum, quod Dux de Brun-*  
*swick, Marchio Brandenburgensis,*  
*Marchio Misnensis, Comes de An-*  
*halt, Comes de Wernigerode, et*  
*aliu nobiles ibidem expressi, sint ab*  
*antiquo natione sueui, et aequo qui-*  
*dam*

insignebantur omnes collectiones consuetudinum et legum, siue publica siue priuata auctoritate factae, maxime illae, quae iura ab imperatoribus sancita referunt<sup>d)</sup>.

### §. III.

*Speculum saxonicum utrum per confirmationem caesaream vim legis naestum fuit?*

Imperatores germanicos quamquam olim plerumque sub ipsis regni auspiciis, quemadmodum omnium gentium germanicarum, sic quoque saxonum iura auita confirmasse veteres testentur scriptores<sup>a)</sup>, tamen de eo iam

dam nobiles habitantes in suevia, *Ge. Lud. BOEHMERVS in Elef. iur. tiu. T. I. p. 519. seq.* publici juris fecit, ius romanum crebro citatur sub nomine *Kaiſerrecht*.

a) *HENRICVM II. Imp. legem saxonum confirmasse refert DITMARVS in Chron. Merfab. L. VI apud LEIBNITIVM in scriptor. ver. Brunsvic. T. I. p. 368.* Is enim Bernhardo duci alisque proceribus saxonie, iurium auctoribus conseruandorum studiosis ita respondit: *Legem igitur vestram non in aliquo corrumpere, sed vita co- mite*

d) *Henr. Christ. de SENKENBERG in praefatione ad T. I. P. I. Corp. iur. germ. §. 2. seq.* In libello articulato, quo Magnus, Episcopus Hildesh. coram Senatu Luneburgensi tanquam iudice arbitrali, actionem intentat consulibus et ciuibus Hildesh. anno 1440. quem *suumate venerabilis*

iam non quaeritur, sed virum speculo saxonico a REP-  
KOVIO conscripto confirmatio publica et auctoritas  
caefarea vnquam accesserit, in quaestione ponitur. Ius  
provinciale saxonicum a FRIDERICO II. Imperat. anno  
CIOCCXIII. in comitiis Martisburgensibus confirmatum  
ac speculum saxonicum correctum fuisse narrat Cyriacus

SPAN-

mite malo clementer in omnibus ad-  
implere et vestrae rationabili, in iura a Carolo M. instituta  
quantum valeo, ubique animum ad-  
hibere. De CONRADO II. Imp.  
WIPPO in vita Conradi II. cap. VI.  
apud PISTORIVM in scriptor. rer.  
Germ. T. III. p. 430. haec nar-  
rat: Reuersus Rex de Ripuariis ad  
saxoniam venit: ibi legem crudelissi-  
mam saxonum, secundum voluntati-  
tem eorum, constanti auctoritate ro-  
boravit. OTTO IV. Imp. vetera  
iura anno CIOCCVIII. confirma-  
vit. Ita enim resert GOTTFRIED.  
monachus s. Pantal. apud FREHE-  
RVM in script. rer. Germ. edit.  
Struu. T. I. p. 378. Rex primo,  
deinde caeteri principes iurant fir-  
mam pacem terra marique seruan-  
dam, omnes iniustas exactiones ve-

ligandum deponendas, omnia etiam  
obseruanda et tenenda. Hic obserua-  
re iuuat, sub iuribus a Carolo M.  
institutis non solum intelligenda  
esse, quae Carolum M. autorena  
habeant, sed quoque ea, quae  
post ipsum a successoribus sanctita  
fuerint iura. Leges enim Caro-  
linae apud posteritatem in tanta  
erant celebritate et auctoritate, vt  
ad Carolum M. referrentur et ea,  
quae ab ipso non erant profecta,  
et omne ius saxonicum appellata  
retur priuilegium, quod Carolus M.  
saxonibus dederit. Vid. Herm.  
CONRING de origine iuris germ.  
cap. 13 et 25. Burt. Gotth. STRVV  
in Histor. iur. Cap. 6. §. 22.  
sub \*\*.

C

SPANGENBERGIVS<sup>b)</sup>). Qui etsi id sine autore, sine teste, in omnium scriptorum coaeuorum hac de re silen-  
tio, refert, tamen ei fidem praebere haud dubitauit SEN-  
KENBERGIVS<sup>c)</sup>). Verum enim vero quis in solius  
SPANGENBERGII, scriptoris ex seculo xvi. testimo-  
nio et au<sup>t</sup>oritate acquiescat, praesertim cum rationes ab  
aetate compilationis Repkouiana<sup>e</sup> petitiae legentium ani-  
mos non possint non sollicitos reddere. SENKEN-  
BERGIVS<sup>d)</sup> quidem speculum saxonum anno CIOCLVIII.  
conditum fuisse sibi persuasum habet aliisque CIOCLXXX.  
cupit, et nonnemo<sup>e)</sup> natales speculi in anno CIOCLXXX.  
qua-

b) in *Chron. Querfurt. L. IIII.* addit: *Dies geschah eigentlich auf dem Reichstag zu Maynz von 1234.*  
c. 4. p. 335. ad an. 1213. vbi ita:  
darauf er (Friedericus II.) einen  
grossen Reichstag zu Marsburg gehal-  
ten den Sachsen ir Landreht be-  
stätigt und den Sachsenpiegel  
verbessert. Adde Ei. *Chron. Saxon.* p. 152.

p. 247. et 426.

c) in *praefat. ad T. I. P. I.* addit: *Dieß geschah eigentlich auf dem Reichstag zu Maynz von 1234.*  
*Corp. iur. germ. §. 8.* Adde Frid.  
Christ. Jonathan FISCHERI *V. C.*  
*Entwurf einer Geschichte des teut-  
schen Rechts* (Lipz. 1781.) §. 28.  
Sed hic vir doctissimus sententiam  
suam quasi retractatus in nota a)

d) in *Gedanken von dem jeder-  
zeit lebhaftesten Gebrauch des ural-  
ten deutschen und bürgerlichen und  
Staatsrechts Cap. I. §. 30. et Cap.  
III.* *Idem in visionibus de collect.  
leg. germ. Cap. IV. §. X. seq.*

e) autor scripti de aetate speeu-  
li Saxonici in *Ergetzungen der ver-  
nünf-*

quaerendos esse statuit; attamen hae opiniones non pos-  
funt non corrue, postquam *Christianus Ulricus GRV-*  
*PENIVS*<sup>f)</sup> speculum saxonum a REPKOVIO sub au-  
spiciis OTTONIS IV. Imp. post concilium Lateranense  
IV. anno CIOCCXV. conditum esse nec antea extitisse pro-  
bavit, remque extra omnem dubitationem posuit adeo,  
vt qui de illa subdubitare velit, non possit non omnem  
fidem historicam eiurare. Quae etsi sufficere videantur  
ad veritatem eorum, quae SPANGENBERGIVS in l.  
c. retulit, labefactandam, aliud tamen argumentum  
praeber EPKONIS DE REPKAY *Breue chronicon Mag-*  
*deburgense* supra<sup>g)</sup> citatum. Si enim speculum Repko-  
vianum iam ante annum CIOCCXIII. extitisset, idque a  
FRIDERICO II. in comitiis confirmatum fuisset, huius  
rei mentionem in chronico REPKOVIVS sine dubio in-  
ieisset. Atque ego quidem etsi scio, rationes inficiales  
petitas a silentio scriptorum, non admodum probari, ta-  
men, cum REPKOVIVS id propter celebritatem nullo  
modo ignorare poterat, tum ad historiam legum, in qua

C 2 diligen-

nünftigen Seele aus der Sittenlehre p. 463. Adde Ge. Henr. AYRE-  
und der Gelehrsamkeit überhaupt RI diff. de aetate speculi saxonici  
IV. B. 3. St. p. 232. seq. speculo suelico antiquioris (Gött.  
1742.) §. 7. seq.

f) in obseruat. rer. et antiquit.  
germ. et rom. obs. XXIX. Cap. I. g) §. 1.

diligenter versatus est<sup>b)</sup>), pertinet, omnis vis huic argumento abrogari non potest<sup>i)</sup>.

#### §. IV.

##### *Sententia interpretum de prisco speculi saxonici usu exponitur.*

Collectionem Repkouianam origetenus vi legis de-  
stitutam nec publica auctoritate confirmatam fuisse vidi-  
mus. Sed vtrum illi consuetudinum patriarcharum pande-  
ctae aliunde auctoritatem legis nocti fuerint, iam paulo  
curatius inquirere lubet. Qua in re ne quid ambiguita-  
tis relinquatur, iura saxonica, quibus tanquam fontibus  
vsus fuit R E P K O V I V S, ab ipsa collectione secernere iu-  
vat.

h) Autor chronicus laud. non  
solum legislatores germanicos cre-  
bro nominat, sed etiam subinde  
leges, earum fata ac vicissitudines  
refert. Sic, vt vno saltē exem-  
plō vtar, ex rebus sub OTTONE  
IV. Imp. geslis haec narrat apud  
MENCKENIVM in l. t. p. 358. *By  
jungen gezitten wurden zwu spippen  
abgetan das man in deme fünften  
glede wol wip nemen mag, als man  
vor in deme sebindentat.* Eadem er-  
lata inuenies in speculo saxonico L. I.

art. 3. *Die fibbe endet in deme  
fibenden erbe zu nemene al habe der  
babest geurloubet wib zu nemene in  
der vünften.* Constat enim pro-  
hibitionem matrimonii olim ad  
septimum gradum extensam ab In-  
nocentio III. ex decretis concilii  
Lateranensis 1 V. an. 1215. ad gra-  
dum quartum reuocatam fuisse in  
c. 8. X. de consang. et affinit.

i) IO. AUG. ERNESTI iu diff.  
de fide historica recte aestimanda  
(Lip. 1746.) §. 52. et seq.

vat. Per omnes prouincias, ad veterem ducatum saxonie pertinentes, prisca iura saxonica veluti domestica obtinuerunt; quare non solum per saxoniam cisalbinam, quae in tres partes diuisa erat, quarum vnam orientalem, alteram occidentalem, tertiam angariam appellabant<sup>a)</sup>, sed etiam per saxoniam transalbinam, quae Holsatiam, Stormariam et Detmarsiam complectebatur et proprio nomine Nordalbingia vocabatur, id quod nihil dubitationis habet, siquidem Nordalbingiam et praecipue Holsatiam, antiquissimam saxonum patriam, quaeue cum ducatu saxoniae inde a L V D O L F I temporibus vsque ad seculum xv. arctissime coniuncta fuit<sup>b)</sup>, iura saxonum coluisse testatur HELMOLDVS, scriptor ex seculo XII. dum tres autem, inquit<sup>c)</sup>, sunt Nordalbingorum populi, Sturmanni, Holsati, Thetmarzi, nec habitu, nec

C 3 lingua

a) Io. Dau. KOEHLER in Anleitung zu der alten und mittlern Geographie I. Th. Cap. XI. §. 6. p. 85.

b) Hoc historiae patriae caput magno eruditionis apparatu illustravit Ill. Car. Henr. GEISLERVS, Praeceptor quondam meus summe venerandus in bin. diff. de coniunctione comitum Holsatiae cum ducatu Saxoniae (Lips. 1768. et 1770.)

c) L. I. Chror. Slauor. cap. 47. apud LEIBNITIVM T. II. script. rer. Brunsvit. p. 577. adde quae de WESTPHALEN in praefat. ad T. III. Monum. inedit. p. 47. et 67. seq. et Io. Carol. Henr. DREYERVS V. C. in doctissimo libro de usu genuino iuris Anglo-Saxonici in explicando iure Cimbrico et Saxonico (Kilon. 1747.) Cap. III. hac de re expofuere.

lingua multum discrepantes, tenentes saxonum iura  
Saxoniae et nomen et sedes maximas quidem vicissitudi-  
nes, quas accurate recensuit *Io. KLEFFEKERVS*<sup>d)</sup>, su-  
bierunt, ex quo post proscriptionem Henrici Leonis  
priscus ducatus saxoniae magnopere accusus ac velut in  
partes disceptus fuerat, ac variae prouinciae, pulsis in-  
de Slavis siue Venedis et Sorabis, saxoniae acceperant  
appellationi: Sed, quae ad antiquam saxoniam pertine-  
rint, prouincias, licet nomen saxonicum, tamen non  
simul custodiam iurium saxoniorum tanquam aitorum  
depositisse constat, siquidem in ipsis prouinciis prisci iu-  
ris saxonici reliquias hodienum deprehendimus<sup>e)</sup>.  
Iam quod speculum saxonicum attinet, illud non solum  
eas Germaniae prouincias, quae relatae fuerint ad saxoniam,  
quatenus haec ex stilo medii aevi Sueviae seu Ale-  
manni-

<sup>d)</sup> in *cursis geographicis* (*Hamb.*  
*1758.*) p. 348. seq.

<sup>e)</sup> cf. *Christoph. Io. Conrad. EN-  
GELBRECHTI* comment. de utilitate  
atque necessitate studii iuris ger-  
manici (*Helmsd. 1722.*) §. 17.  
*Constit. Holsat.* de an. 1708. ita  
fancit: *was aber das Herzogthum  
Hollstein betrifft, sollen in denen  
Sachen vermöge der L. G. Ord-  
nung die promulgirte Constitutiones  
und Verordnungen, und demnachß*

*der uralte Gebrauch und Gewohn-  
heit, so weit selbe denen Reichs-  
Constitutionen nicht zuwider und  
erweislich gemacht, allegiret; in  
deren Ermangelung aber das alte  
Sachsenrecht nebst dem Lübi-  
schen angezogen werden. Ernest.  
Ioa. de WESTPHALEN diff. de ori-  
gine et fontibus iur. Lubec. §. 4.  
Mich. RICHEY Histor. Statutor.  
Hamburg. t. 2. §. 3.*

manniae opponeretur <sup>f</sup>), occupasse, sed etiam ibi tam dicunt naustum fuisse auctoritatem, ut pro codice iuris communis agnatum fuerit <sup>g</sup>). Ne cum multitudine nobis sit negotium, dabo eis patronum, qui causam peroret. Prodeat igitur *Eucharius Gottlib RINCKIVS*, qui compilationem Repkouianam olim in prouinciis iuris saxonici instar corporis iuris habitam obseruatamque fuisse peculiari in libello <sup>h</sup>) probare annis fuit. Rationes, quibus ad sententiam suam adstruendam vtitur, iam lubet audire. Ac primo quidem *GREGORIVS IV.* P. P. in Bulla, qua anno cicccclxxiv. plures speculi saxonici articulos reprobauit ac damnauit <sup>i</sup>), *sane fide digna,*

*f) Burt. Gotth. STRVVIVS in iur. L. II. §. 79. et in Antiquit. Syntagma. iur. publ. Cap. V. §. 1. et autores in nota 85, cit.*

*g) Vsum speculi saxonici non intra patriae fines dicunt subtilisse, sed latius patuisse ac transisse in prouincias nec origine germanicas nec imperio germanico sum subiectas, quorum recensum dedit Burt. Gotth. STRVVIVS in Histor. iur. Cap. VI. §. 23. Chriſt. Gottfr. HOFFMANNVS de origine et natura legum germ. p. 108. seq. Io. Gottl. HEINECCIVS in Histor.*

*iur. L. I. Cap. V. §. 14. h) in diss. de speculo saxonico fonte iuris saxonici communis (Altorf. 1725.) Adde Henr. ERNSTNERI Probl. IV. de auctoritate speculi saxonici et suevici in Ei. Problem, de defelib⁹ iuris communis (Rintel. 1736.) p. 68. seq.*

*i) cf. Patrui venerabilis D. Io. Chriſtoph. KINDII diss. de reprobatis speculi saxonici articulis (Lipſ. 1761.) Hanc reprobationem ab Eugenio*

digna, inquit<sup>k)</sup>, admodum molesta pluriesque inculcata relacio plurimorum ad nostrum perduxit auditum, quod in saxoniam et multis aliis partibus mundi quedam detestabilia scripta legis speculum vulgariter nuncupata et inferius annotata, apud nonnullos tam nobiles quam plebeios periuntur, que iudices et incole parciū earundem, omisſis canonibus, legibus et bonis citra temporibus obseruant et obseruant de presenti. En grauissimum pro vſu speculi saxonici pristino argumentum! Deinde Carolus IV. Imp.<sup>1)</sup> in finibus regundis vicarius imperii, Electori Saxoniae tributi, rationem iuris saxonici habuit, adeo, vt quoisque vſu speculi saxonici per prouincias

Ger-

Eugenio IV. in concilio Basileensi seq. et in III. SCHOTTI Jurijſiſchem Wochenblatte, II. Jahrg. floritate GRYPHIANDRI in tr. de Num. XXI.

Weichbildis saxonici c. 47. n. 4 seq. deceptus cum multis aliis statuit in diff. cit. §. 9. Sed hunc opinionis errorem satis profligavit Chr. Ludw. SCHEIDT in der Untersuchung: ob das allgemeine Vor- geben, daß der Sachsen-Spiegel auf der allgemeinen Kirchenver- sammlung zu Basel als kezerisch verdammt worden sey, Grund habe oder nicht? in den Hannov. gel. Anzeigen vom J. 1753. p. 1277.

k) Hanc bullam Car. Guill. GAERTNERVS editioni sua spectuli saxonici p. 526. adiecit, sed omnivm accuratissime ex MS. edidit Chr. Lud. SCHEIDTIVS in Biblioth. Histor. Goetting. p. 102. seq.

1) A. B. tit. 5. §. 2. Et eodem iure prouisionis illustrem ducem saxoniae, sacri imperii archimare- schallum frui volumus in his locis, vbi saxonica iura seruantur.

Germaniae tunc temporis patuit, eosque extensa videatur auctoritas Electoris Saxoniae tanquam vicarii imperii. *Tertio* non defuerunt, qui in vero speculi saxonici sensu eruendo desudarint, idque glossis illustrarint. *Quarto* denique haud exiguis numerus et MS. et editionum speculi saxonici haud obscure indicare videtur, quanti pretii olim habita fuerit compilatio Repkouiana.

### §. V.

#### *Vlterior eiusdem argumenti expositio.*

Iam ne quid omittamus, quod ad usum speculi saxonici pristinum adstruendum pertinere videtur, Rinckianis argumentis addere libet, quod olim causae litigiosae haud raro decisae fuerint ex speculo saxonico, hocque subinde tanquam codex legum allegatum fuerit<sup>a)</sup>), quem-

admo-

a) SENKENBERGIVS, cum specula in causis decidendis admouldrum raro cognosceret allegata fuisse, ideo sibi scrupulum iniectum esse conqueslus est apud GRVPERVM, qui illius eximendi causa ita respondit: *Den machenden Einwurf, daß man die Specula in medio aevo nirgend allegirt finde, kann ich auch heben, indem ich so glücklich gewesen bin, ein Urtheil von 1360. zu sehen, in welchem die rationes decidendi aus dem Landrecht genommen sind, mit Allegirung des Buchs und des Capitels. Ingleichem einen libellum articulatum ad arbitros, da bey jedem Articul gesetzt und gezeiget ist, wie das Forum laufe wider das Kaiserrecht (so nicht das Justinianeum ist, weil die*

D

admodum non solum ex sententia ab Abbatissa Gandersheimensi **L V I T G A R D I** anno **c i o c c c l x i** lata, cuius verba supra <sup>b)</sup> exhibuimus, luculentissime patet, sed etiam ex pluribus aliis documentis, quorum quaedam jam asferre non poenitet. Senatus Lubecensis in litteris ad senatum Hannoveranum anno **c i o c c c v i i i** datis ita: *Des willet meten, inquit <sup>c)</sup>, dat unser Stadt - Recht, dar my mele bewedemet sin, unde dat Recht darna gy in richten seck nicht allens vorlopen, wente alze my vornemen so richete gy, na denne Sassischen Speygele.* In conuentu, a quibusdam Germaniae principibus anno **c i o c c c x l v i i** Mulhusae habito, disceptationem de procuratorum statu et admissione ex speculo saxonico ita decisam resert *Hartung. KAMMERMEISTERVS in Annal. Erfurt. ad 1447* <sup>d)</sup>, ut D. Knorrius, quia esset clericus, negaretur procurator esse in iudicio seculari. Ibi enim ita: *Als nun die vorgenandten Fürsten alle uf den tag uf den samtag nach Egidi gein Molhausen mit ihren rechten quemen, brochten dieselbe*

*die Allegata deutsch sind) und wieder das Landrecht, wovon auch alzezeit ipsa verba allegiret werden. Vid. SENKENBERG von dem jederzeit lebhäften Gebrauch des uralten deutschen bürgerlichen und Staatsrechts Cap. I. §. 35. not. (a) adde Cap. III. §. 40,*

b) §. 1. not. (d)

c) apud Christian. Vlr. GRVPE-  
NIVM in Discept. forens. p. 772.

d) apud MENKENIVM in  
scriptor. rerum German. T. III.  
p. 1196.

dieselbe beide Fürsten von Sachsen gebrudere mit sich zu dem  
tage die vornämlischen Doctores und die trefflichsten redere —  
Unde uf den Montag ward befeld ein gerichte uf dem stei-  
nern huse zu Molhausen, do si sich denne ein gerichde satz-  
ten die hochgeborenen Fürsten, herr Frederich und herr Albrecht  
von Brandenburgk, herr Lodewig der Landgrave zu Hessen  
mit ihren retden und darzu die zwanzig manne, dar itzli-  
cher herre von Sachsen, zehn uff sines bruders Landschaft  
butte gekoren also schepphin. Allda nun vor gerichde vor-  
liessen von beidir bruder vorsprechin mit nahmen uf hertzogen  
Frederich sietin herr Hinrich von Gera, und uf hertzogen  
Wilhelmis sietim ein trefflich Docktor genaunt Docktor  
Knorre, und uf denselben Tag wart keine urittel usgespro-  
chen, sondern schlügen das gerichte uf den andern Tagk.  
Nu uf dingstag darnach quemen sie wieder an dieselbe stet-  
te unde die schoepphin satzten sich nieder in die gerichts-  
banck. Do begunden der beilten Fürsten Vorsprecher aber  
sich faste mit viel wordten zuüben bis so lange dar de von  
Gera saczte Doctorem Knorren und fragete nach einer Or-  
theil, sindemahl das Docter Knorre ein geistlich Mann wä-  
re und geistlich Leben hette, ob er dan inn Rechte an welt-  
lichen Gerichte vorsprechen mochte gesie, oder was darum  
recht, und algererde vase Kapiteln uff Sachsin Spe-  
gele und andern rechtsbuckern, do hatten die Schöppkin rat  
der Doctoren über und erkannden, es mocht in recht nie  
gesie und also wart D. Knorr vorleit und vorworffen.

D 2

Iohan-

Iohannes IV. Dux Lauenburgicus in priuilegio, quo ciuibus de Otterndorff anno cccccccclxxxii. ius saxonum concessit, ita *Des hebben Wy,* inquit<sup>e)</sup>, *angeßhn dat gemene Beste, unde ehre redliche Behde, unde hebben denselben unsern underdanen beprivilegert un begiffet, mit reckten sachſischen Rechte, alſe in unſen Landen, ſunderlichen in den Lande Tho fadelbande unde in der Vagdie Tho Lauenborg holden werd, welches my ehnien beschreven ſenden willen ut den Sachſischen Spiegel.* Denique olim et a curia prouinciali saxonica, quae Lipsiae floret, in decisione caufarum speculi saxonici rationem habitam fuiffe iam alibi<sup>f)</sup> monuimus. Ita enim in ordinatione curiali intra annum civccccxc et civcxi, auctoritate principum tum Ernestinorum tum Albertinorum condita, cuius memoriam studia duumuirum SCHOETGENII et KREYSIGII ab interitu vindicarunt<sup>g)</sup>: *Item ſechſische Recht, wie die ausgedruckt, zu halten, ausgeſchloſſen die artigkell von der Heyligen Kirchen abgethan vnd reprobiret.* Quae omnia eti sententiam *Io. Philip. DATII,* qui omnem Germaniam a ſeculo xiii. inde ad xv. vsque iu-

re

e) apud *Ge. KRECKEMEYERVM in Diatr. de instrumentorum definitione diuifione fide recognitio-*  
ne at diffefione (Goett. 1743.) p. 56.

f) in noſtra disp. *de origine et fatis Curiae prouincialis supremazie in Saxonia (Lipp. 1773.) §. 23.*

g) in d. diplomatichen Nachleſe der Historie von Ober-Sachsen I. Th. p. 18. seq.

re saxonico et sueuico administratam esse afferit<sup>h)</sup> , iam satis confirmare videantur , tamen ex abrogatione speculi saxonici in nonnullis Germaniae prouinciis , in quibus usus iuris saxonici olim viguit , vel in totum vel pro parte facta tanto maiorem vim capiunt , quanto certius constat , ius , quod abrogetur , ponere vim et auctoritatem legis . Iam vero iura saxonica in terris Brunsuico - Luneburgicis<sup>i)</sup> , Marchia Brandenburgica , Ducatu Meclenburgico et Comitatu Lippiaco - Schaumburgico penitus abolita fuisse probauit *Io. WERLHOFIVS*<sup>k)</sup> . In aliis iuris saxonici terris quaedam tantum iura speculo saxonico descripta diserte abrogata sunt , cuius rei haud pauca exempla praebent ipsae leges saxonicae electorales , quandoquidem Augustus , Elector Saxonie , in constitutionibus anno 1610-1622. promulgatis , nonnulla capita prisci iuris saxonici , allegato hinc inde ipso articulo spe-

culi  
D 3

h) in *Tract. de pace publica L. IV. c. 1. n. 7. p. 704.* Et HARP-  
PRECHTVS quoque *speculum saxon-  
icum adhuc anno 1600-1608.*  
per plures Germaniae prouincias  
in viridi fuisse usu refert im *Staats-  
Archiv des Cammer - Gerichts II.  
Th. §. 79 et 154.*

i) *Christ. Lud. SCHEIDIUS in  
progr. quam ob causam in terris*

*Brunsuico - Luneburgicis iura saxonica abrogata fuerint* (Goett. 1736.)  
Idem in den *Anmerkungen über  
Moses Braunschweig - Luneburg.  
Staatsrecht §. 98. p. 356. seq.*

k) in *spec. de iure Germanis  
patrio* (Helmst. 1705.) p. 188.  
seq.

culi saxonici, abrogavit vel declaravit ut, ex Const. XXVII. P. I. Const. V. XI. XII. XV. XXII. XXVI. XXXVII. XLV. XLVII. LIII. P. II. Const. I. XVII. XXIV. P. III. Const. XLII. P. IV. luculentissime patet.

### §. VI.

*Rationes allatae sub examen vocantur.*

Quas hucusque congesimus, rationes satis quidem probare videntur, speeulum saxonum olim magno interpretio fuisse, scabinosque, quibus medio aevo omnis ferre potestas legislatoria reliqua videbatur<sup>a</sup>), haud raro ad compilationem Repkouianam velut ad sacram anchoram confugisse ac sententias ex REPKO VII riulis hausisse<sup>b</sup>), id quod eo minus mirum videri poterit, quo certius constat, legum peregrinarum auctoritatem inde a seculo

a) *Dav. Ge. STRUBEN* in *Neben-Stunden* I. Th. p. 515. II. Th. p. 463. III. Th. p. 52. IV. Th. p. 38 et III.

b) *Herm. CONRINGIUS* in libr. de origine iur. germ. Cap. XXX, p. 183. Nec tamen, inquit, valde mirum, in multo saxonice aliorum prouinciarum fora transisse opus, nulla licet publica auctoritas afferit. Scilicet, recepto habeben more, secundum consuetudinem et ex aequo et bono sententiae tum ferebantur: quarum magnam partem hoc codice contineri persuasum fuit. Itaque una illa opinio potuit haud difficulter efficere, vt vbi saxonica iura ibidem et hi libri obtinarent, adeoque hinc saxonica iura peterentur.

lo xiii. in foris Germaniae, ob crebras Romanizantium et Germanizantium pugnas, admodum inconstantem fuisse, adeo, vt in Germania adhuc seculo xv. testante id coaeuo scriptore PETRO DE ANDLO<sup>c)</sup> iure incerto viueretur: Attamen vt iam nil dicam, quicquid potestatis olim in foro habuerit speculum saxonum, non sui causa habuisse, sed quod ibi descripta sint iura saxonica, vsu et obseruantia seruata, certe argumenta supra exposita ad legis auctoritatem priuatae illi collectioni adserendam nil momenti facere posse cognoscant illi, qui haud coe-  
co aduersus speculum saxonum amore nec praecon-  
cepta opinione abrepti, sed solius veritatis inuestigandae  
studio ducti, rationes supra allatas sub examen vocauer-  
rint. RINCKII quidem argumenta, quam infirma sint,  
quamque imbecilla, iam docuit *Fridericus Carolus BVRI*  
<sup>d).</sup> Hic arguento, quod a reprobatis speculi saxonici

articu-

<sup>c)</sup> L. I. de Imperio Rom. Germ. et pace. L. II. c. 16. Quid dicam  
c. 10. sacratissima sanctio legum, de legum aequissimarum iurisque  
quibus Romanos dominium obti- scripti obseruatione, quae fere nul-  
nuisse orbis ipse Romanorum profi- la est, sed iure incerto viuuntur, et  
tetur Imperator — quas utique in multitudine illiterata, quod uni-  
Leges nostra Alemannia, proh do- usciusque sui arbitrii distretione  
tor! in sua despicit insipientia, visum est, id in iudiciis vim legum  
quamobrem mirum, si tota com- obtinere volant.  
pago Romanae potentiae dissoluat-  
tur omnisque Teutonia continua in-  
quietitudine absque iustitia agitur

<sup>d)</sup> in f. Erläuterung des in  
Teutschland üblichen Lehen-Rechts  
p. 178. seq.

articulis ducitur, ideo parum roboris tribuendum existimat, quia Pontifici Romano in his rebus, quae in remotissimis prouinciis gestae fuerint, fides non sit habenda; sed cum res per clerum in saxonia commorantem ad notitiam papae peruererit, causa pressius et curatius inquirienda est. Scilicet **R E P K O V I V S**, aegre ferens Pontifices Romanos imperium in omnes populos affectantes totique orbi christiano leges suas obtrudentes, hanc impotentem dominandi libidinem grauiter infectatus iurique canonico tunc temporis et Germanorum tribunalia inundanti aggerem opponere ausus est; id quod pluribus in locis haud obscure declarauit. Huc pertinet L. I. Art. 3. in fin. *wen der bahst en mag kein recht seczen da ker unselantrecht oder lenrecht mete ergere* °). L. III. Art. 2.

*Phaffen*

e) Non deerant et in aliis Germaniae prouinciis, qui libertatem suam aduersus tyrannidem Pontificis Romani tuerentur. In hanc rem insignis locus est apud *Achilem Pirminium GASSARVM in Annal. Augsburg. ad an. 1297.* infert. MENKENII scriptor. *Rer. Germ. T. I. p. 1468.* Hac seditione omnia ea telonia vestigaliaque, quae a morte Friderichi II Imperatoris in praesentia usque

tempora instituta fuerant, in odium archiepiscoporum, *Palatinique Rheni*, per Casarem abolita et antiquata per Germaniam sunt. Ad dum libere ciuitates per totam sueviam (cui terrae iam dictus Caesar, imperata inuiolabiliter servanda pace, priuatas leges, quas vulgo prouinciale ius vocant, ad quod infringendum, nec ipsum papam posse leges ferre, expressis verbis cautum est, non tam de

Phaffen und Juden die waphen vuren und nicht geschorn en  
sin nach irme rechte, tut man in gewalt: man sal in bez-  
zern als eyne leyen. L. III. Art. 63. Ban schadet der  
sele und en nimt doch niemande den lib, noch en krenket  
niemande an lantrechte noch an lenrechte dar en volge des  
kunges achte nah. His pluribusque aliis principiis, iuri  
canonico et auctoritati papali oppositis, ne quid detri-  
menti pateretur hierarchia, quam et in Germanos Papa  
affectabat, clerus omni contentione renitebatur.  
Hoc consilio M. Iohannes a CLENKOK ex saxonie ori-  
vndus, Provincialis ordinis fratrum eremitarum S. Au-  
gustini in Saxonia et Thuringia, totam causam referebat  
primo ad cardinalem PETRVM DE VERNIO, deinde  
ad ipsum GREGORIVM <sup>xl.</sup> P. P. eique per Petrum de Ver-  
nio offerebat Decadicom contra XXI. errores speculi saxo-  
nici <sup>f).</sup> Ita enim in litteris ad Papam quare nuper, in-  
quit <sup>g),</sup> quosdam articulos, per certas Almanie partes,  
presertim per saxoniam, pro legibus obseruatos, quo-  
rum plurimi diuine legi repugnant, euangelio, libertati ec-  
clesiastice ac recte rationi, scripsi, Reuerendissimo patri et  
domino,

de nouo tulerat, quam multis iam SCHEIDTIVS in Bibliotheca Histor.  
saeculis receptas confirmauerat) a Goetting. p. 63. seq.  
partibus Albrechti flarent.

f) Hoc Decadicom ex MS. g) apud SCHEIDTIVM in l. c.  
publici juris fecit Christ. Lud. p. 64.

E

domino, Petro de Vernio<sup>h)</sup>) Dyacono Cardinali Sancte Marie in Via Lata, corrigendos, examinandos ac tue Beatitudini presentandos. Hoc itaque modo postquam res ad notitiam GREGORII XI. P. P. delata fuerat, speculi saxonici plures articuli a papa anno 1304 damnati sunt ac reprobati. Quod, ut ad ipsum argumentum veniamus, haud leui quidem indicio est, apud maiores magno in pretio fuisse speculum saxonicum, sed qui collectionem ipsam auctoritate legis praeditam fuisse ex condemnatione speculi saxonici coniicere velit, nae is egregie fallitur. Illa enim hoc potissimum consilio facta est, quod speculum saxonicum hierarchiae papali oppositum esset, et licet a CLENKOK in ea opinione fuerit, qua speculum saxonicum veluti codicem legum auctoritate publica

h) In litteris ad PETRVM DE VERNIO scriptis apud SCHEIDIVM in l. c. p. 66. CLENKOCK ita: *Tenentur autem, inquit, iidem articuli per magnam Almanie partem et maxime per saxoniam, et ponuntur in eorum quodam libro, quem vocant saxonie speculum, pocius iuste legis obumbraculum vocando. Seducuntur etenim iuvenes, nobiles et ignobiles, in predictis legibus, Vnde contingit, eos frequenter, ymo semper, easdem ser-* vando leges, sancte matris ecclesiae tranquillitati pariter et legibus rebellare. Docent enim tempora preterita, quanta propter dissensionem inter Ecclesiam et Imperium cum Principibus Germanie, predictis legibus ventibus, pericula sunt suborta, quorum causam estimo legum diuinarum abusionem, in qua propter errores infra scriptos predicti Principes ab annis puerilibus imbuuntur.

publica conditum vim legis habuisse et sibi persuasum habuit, et Pontifici Romano persuasum iuit, tamen auctoritate huius cleri, qui re non accuratius perspecta, fontes speculi saxonici cum collectione ipsa commiscendo eraruit, neminem acquiescere putem, qui ea, quae diximus, probe pensauerit. Nec maioris ponderis est argumentum ex A. B. Tit. V. §. 2. desumptum. Verba, quae ibi occurunt, *in his locis, ubi saxonica iura seruantur*, crucem figunt interpretibus iuris publici et tanta obscuritate laborant, vt Oedipo aut Delio natatore opus habere videantur. Alii autorem A. B. in definiendis limitibus vtriusque vicariatus imperii statuunt spectasse antiquam diuisionem Germaniae in Francicam sive Alemannicam et Saxoniam partem, adeo, vt vicariatus saxonius pertineat ad eas prouincias, quae olim ad saxoniam plagam spectarint<sup>i</sup>). Alii contra inherent quidem verbis A. B. sed inter eos non conuenit, quid sub iuribus saxonis sit intelligendum, vtrum speculum saxonicum<sup>k</sup>), an

E 2

potius,

<sup>i)</sup> Hanc sententiam post RHETI-  
VM, COCCEIVM, PFEFFINGERVM Teutschland geltenden Rechte §  
295.

pluresque alios tuitus est Christ. k) Io. Zach. HARTMANN in  
Godoft. HOFFMANNVS in spec. de diff. de vicariatu saxonico per Fri-  
origine et natura legum Germ. p. sian orientalem (rec. Lipp. 1750.)  
116. Adde Perill. Io. Henr. Christ. p. 6. seq. Christph. Io. Conr.  
de SELCHOW Geschichte der in ENGELBRECHT in Comment. de vti-  
litate

potius, quemadmodum *Mich. Henr. GRIEBNERVS*<sup>1)</sup> argumentis probabilibus effecit, leges saxonum auitae, quae tempore Caroli IV. per plures Germaniae prouincias obtinuerint. Iam cum speculi saxonici nulla mentio sit facta, nec idonea ratio afferri possit, quare sub iuribus saxonis non nisi compilatio priuata, puta speculum saxonum intelligi debeat, equidem non dubito **GRIEBNERI** sententiae subscribere. Et licet *BARTOLVS de saxo ferrato* siue *RVDOLFVS de Friedberg* siue quisquis alius, qui A. B. concepit, in ea opinione fuerit, ut speculum saxonum vim legis habere putaret, idque in mente habuerit, dum vicariatum saxonum adstrinxit ad ea loca, vbi iura saxonica seruantur, tamen Carolum IV. Imp. quasi aliud agendo speculum saxonum auctoritate publica confirmare voluisse vix probabile videtur.

### §. VII.

#### *Eiusdem argumenti continuatio.*

Reliquis RINCKII argumentis, cum illa a BVRIO satis sint refutata, inhaerere nolumus, festinantes potius ad ea, quae Rinckianis supra<sup>2)</sup> addidimus, refellenda. Ac primo quidem licet olim causae litigiosae nonnunquam decisae fuerint

*titate atque necessitate studii iur. ei in Ei. opusc. iur. publ. T. II. p. Germ. (Helmst. 1722.) p. 58.*

*137. seq. §. 24. seq.*

*1) in diff. de terris iuris saxon. a) §. 5.*

fuerint ex speculo saxonico, hocque subinde allegatum fuerit, tamen vereor, vt hoc ad legis auctoritatem speculo saxonico conciliandam quicquam efficere possit. Id enim non maiorem habere potest vim, ac si quis in causis iudicandis magni CAPP ZOVII, Saxonum Papiniani, auctoritate vtatur, aliasque Icti commentarium alleget. Eatenes Icti auctoritas in causarum decisione valet, quatenus eius doctrina cum iure constituto conspirat seu ipse de consuetudine sui temporis testetur. Quod et si in REPKOVIVM cadat, tamen quis ideo illius priuatae collectioni auctoritatem legis tribuendam esse contendat? Evidem nonnihil iurium a REPKOVIO descriptum hinc inde vi obseruantiae obtinuisse ac hodiendum obtinere non nego; sed non tam de hoc quaeritur, quam potius, vtrum integra collectio Repkouiana in terris iuris saxonici et potissimum in hac nostra patria vnquam vim legis nacta fuerit: quod est, quod nego ac pernego. Ast locus, quem ex antiquissima ordinatione supremae curiae prouincialis saxonicae supra<sup>b)</sup> allegauimus, grauius obstat videtur. Res salua est. Nam ex mente principum saxoniorum, a quibus illa ordinatio curialis condita fuit, speculum saxonicum non in complexu inter leges, secundum quas causae controuersae a curia prouinciali decidi debeant, relatum fuit, sed tantum eatenus valere voluerunt legislatores saxonici, quatenus iura, quae

E 3

speculo

b) §. 5.

speculo saxonico contineantur, obseruantia sint seruata; qua de re tanto minus dubitaueris, quanto clarius ita definitus fuit usus speculi saxonici in ordinatione a MAVRITIO, Electore Saxonie a.d. xxii. Dec. an. circa XLVIII. lata<sup>c)</sup> vbi ita: *Sächsische Rechte, wie die ausgedruckt, und in Landläufiger Übung vor Alters herkommen, sollen gehalten werden<sup>d)</sup>.* Deinde argumentum, quod a speculi saxonici abrogatione petitur, tunc demum aliquam vim habiturum foret, si de facto, quo argumentum nititur, certo constaret. Plerique iura saxonica et speculum saxonicum, cum pro synonymis accipient, paria habuisse fata existimant. Quae opinio quam erronea sit, cognoscant illi, qui prisca iura saxonica a compilatione Repkouiana maximopere differre sciunt. Iura saxonica in nonnullis prouinciis veluti in terris Brunsuico-Luneburgicis, vbi illa per certas regiones vsu inuulnerant<sup>e)</sup>, seculo xvi. abrogata sunt, non vero specu-

lum

<sup>c)</sup> in Cod. August. T. I. p. Kirchen nicht abgethan seyn, sollen gehalten werden, und in welchen 1279 seq.

<sup>d)</sup> Eadem ratione sunt intelligenda verba ordinationis Curiae Vitebergensis ab eodem MAVRITIO an. circa latae (in Cod. Aug.

T.I. p. 1337. seq.) sächsische Rechte, so fern die nicht wider Gottes de SELCHOW Beweis, daß das Sach-

mahl

Wort, und von der christlichen senrecht in den hiesigen Landen nie-

lum saxonum, in quod, tanquam priuatam collectio-  
nem ne cadere quidem poterat abrogatio legis. Huius  
meae opinionis auctorem habeo grauissimum, *Christ. Lud.*  
*SCHEIDIVM*, qui dum in causas, cur saxonica iura  
in terris Brunsuico-Luneburgicis in exilium fuerint acta,  
inquireret, speculum saxonum a iuribus saxonis rite  
distinxit. *Licet enim, inquit<sup>f</sup>), babuerimus speculatorum*  
*saxonem, caue tamen credas, eius compilationem id fuisse,*  
*quod dicimus ius saxonum, cum potius fidus ECCAR-*  
*DVS priuata industria, quae iuris saxonici esse nouerat, in*  
*scripturam redegerit, quam pristinam iuris saxonici natu-*  
*ram, quae in moribus iudicialique obseruantia consistebat,*  
*immutarit, atque ex iure non scripto scriptum fecerit.*  
*Quare nec opus fuit, ut illa promulgatio vel declaratio,*  
*quousque valere debeat speculum saxonum, fieret; cum*  
*omne illud, quicquid in foro potestatis habuit, non sui cau-*  
*sa habuit, sed quia ius continebat conjectudinarium, iam*  
*ante hanc compilationem aequa iudicibus notum ac fuit post*  
*eandem. Hoc discrimine seruato, abrogatio iurium*  
*saxonorum, quam et in aliis terris inseparabilem esse refe-*  
*runt, aestimari debet. Quicquid denique dubitationis*  
*mouent leges patriae, in quibus nonnulla speculi saxon-*

ci

*mahls durchgängig gegolten habe;*      <sup>f)</sup> *in progr. Suprā §. 5. sub (i)*  
*quae doctissima commentatio re-*      *allegat. p. 5. sub (a).*  
*peritur, in den Hannov. nützlichen*  
*Sammel. 1760. p. 1369. seq.*

ci capita diserte abrogata sunt, id non potest non euane-  
scere, vbi illam abrogationem tantum ad eas speculi saxo-  
nici particulas intellexeris pertinuisse, quae obseruantia  
forensi fuerint seruatae. Quodsi ex ictorum opinioni-  
bus in foro receptis haud raro obseruantiae exoriuntur,  
id multo magis REPKOVII placitis euenissem nemini mi-  
rum videbitur, qui hodienum haud ignorat vigore con-  
suetudines, quarum semina et in compilatione Repko-  
viana latent. Quare si usus forensis unius alteriusue ca-  
pitis speculi saxonici per legem diserte sublatu fuit, hoc  
non fiebat, quo legislator speculum saxonicum putaret  
vi legis pollere, sed quia illa capita usu forensi seruari co-  
gnosceret: id quod et exinde luculentissime patet, quod  
haud pauca sint capita speculi saxonici, quae cum non  
transierint in obseruantiam forensem, in foris hodiernis  
non obtinent, etiamsi non abrogata fuerint.

### §. VIII.

*Vsus speculi saxonici in iure patrio hodierno definitur.*

Rationes, quibus speculo saxonico vis et auctori-  
tas legis adseri solet, satis, nisi egregie nos fallit negotii  
suscepti amor, explosimus ac si quas consuetudines a  
REPKOVIO collectas hinc inde in terris iuris saxonici  
obtinuisse constat, huius rei rationem non ab ipsa collec-  
tione, sed tantum ab usu et obseruantia forensi peten-  
dam

dam esse vidimus. Atque haec sufficient de vſu speculi saxonici pristino. Iam instituti nostri ratio exigit, vt quem vſum in iure patro nouo praefet codex Repkouianus, definiamus. Ac primo quidem obſeruare iuuat, iura peregrina, quae iam inde a ſeculo XII. priuata auctoritate in Germania inualuerant<sup>a)</sup>, poſtea et maxime conſtituto ſub MAXIMILIANI I. Imp. auſpicis auguſto iudicio camerae imperii, conſtitutionibusque imperii ad iuris romani normam compositis, publica auctoritate recepta fuiffe<sup>b)</sup>, atque inde, quemadmodum omnis Germaniae ſic etiam noſtræ patriæ foræ ac tribunalia<sup>c)</sup> inundaffe, non autem ita,

a) Chr. Gottl. RICCI V. C. gebracht werden — gleich zu rich-  
ſplicegium hiftorico-diplomaticum, quo vſus pragmaticus iuris Iuſtiniani iam inde a ſec. XIII. et XIV. offenditur (Francof. et Lips. 1738.) Heur. Chriſt. de SENKENBERG de receptione iur. Rom. in Italia et Germania in Ei methodo iuriſprudentiae (Frſ. 1756.)

b) O. C. an. 1495. §. 3. nach des Reychs gemainen Rechten, auch nach redlichen, erbern und leydlichen Ordnungen, Statuten und Gewohnheyten der Fürſtenthum, Herrſchafften und Gericht, die für ſy

Frieden eingetragen sind. Anno AVGV-

c) Iura peregrina longe ante in his terris ſenſum paulatimque et praefertim, ex quo Academia Lipsiensis an. 1500. conſtituta erat, iualuile non nego; ſed vſum publicum, forenſem eumque conſtantem haud priuata ſunt, quam poſquam Elector

ita, vt omnia instituta ac mores maioribus proprios submergerent, siquidem plures consuetudines ex hoc morum priorum veluti naufragio euaserunt ac constanti vsu seruatae sunt. Atque haud paucas consuetudines ex iis, quae speculo saxonico descriptae sint, hinc inde in terris iuris saxonici hodiernum vigere inter omnes convenit. Sed ex qua ratione id fiat, vtrumne vi solius collectionis Repkouianae, an vi probatae obseruantiae specialis seu iuris particularis, quo priscae consuetudines seruatae sint, inter viros eruditos sententiaram diuortia deprehenduntur. Atque hic iterum nobis negotium est

cum

**AUGVSTVS**, cuius iussu doctores iuris Curia et Scabinatu Lipsiensi pulsi, sed paulo post an. ciclo lxxiv. quasi postliminiū iure restituti sunt, auctoritatem iurium peregrinorum forensem confirmauerat, deferuercentibus inter scabinos et doctores iuris contentionibus, per quas siebat, vt vsus iurium peregrinorum admodum vagus atque incertus euaderet. Quae ego in diss. *de origine et fatis curiae provincialis supremae in saxonie* (*Lipf. 1773.*) p. 57. seq. fide monimentorum atque auctorum haud spernendorum retuli, minus probari

video Bernhard Gottlieb Huldreich HELLFELD in *Versuch einer Geschichte der landesherrlichen höchsten Gerichtsbarkeit und derer Hoffgerichte in Sachsen besonders des gesammten Hofgerichts zu Jena* (*Jen. 1782. in 8*) p. 138. sub (d) sed vir doctus mentem meam, quod pace dixerim, non videtur satis percepisse, quandoquidem ibi tantummodo tempus definire volui, quo iura peregrina vsu forensi certo ac constanti pollere incepint in patria. Haec ἐστὶν παρόδη.

cum RINCKIO, qui de vsu speculi saxonici hodierno adeo persuasus est, vt qui ad eius textum prouocet, fundatam intentionem censeat habere in iis, quae non fuerint abrogata. Quis vero non videt, τὸ περὶ τοῦ Ψεύδος RINCKI: latere in eo, quod speculo saxonico vim legis olim tributam fuisse existimarit: cuius vero opinionis vanitas supra demonstrata est. Ast consuetudo, ait<sup>d)</sup>, quae semel obtinuit, et hodie stare praesumitur. Ut iam nihil dicam, non deesse, qui compilationem Repkouianam lacinias saltim et vestigia quaedam, non complexum omnem nec normam et integratatem iuris saxonici continere statuunt, ex quibus vnum DREYERVM, at quantum virum, et quam solerter harum rerum perscrutatorem! nominare licet, qui<sup>e)</sup> REPKO VIM summa cura et ἀπόλεια, fide, et penitiori iuris sui cognitione non versatum existimat, vt gemmas iuris saxonici ubique proposuisse, nilque excidisse ei putet nisi quod certum, genuinum, immotum, praxi probatum; quare de vsu speculi dogmatico modice admodum et de vsu eius forensi et publico exigue sane se sentire declaravit: Evidem licet liberalis sim ac RINCKIO concedam, consuetudines, vti aetate REPKO VII in foro obtinuerint, ita a speculatorum summa fide ac studio descriptas esse,

F 2

esse,

d) in diff. supra tit. §. 14. iuris Anglo-Saxonici in explicando

e) in praefantissimo libello iure cimbro et saxonico p. 81.  
iam supra laudato de vsu genuino

esse, tamen, illas inde a seculo <sup>xiii.</sup> per tot seculorum decursum ad nostram vsque aetatem, statu rerum tam insigniter mutato, seruatas frisse nec immutatas, quis sibi persuaderi patiatur? certe quomodo id ex solo codice Repkouiano probari possit, non video. Si argumentum, qua nitor opinio Rinckiana, valeret, curni eum, qui vsum hodiernum consuetudinum tum antiquissimarum tum earum, quae medio aevo obtinuere, probaturus ad testimonium TACITI, in cuius aureo *de moribus Germanorum* libro haud pauca antiquissimi iuris patrii vestigia leguntur, seu scriptoris medii aei, a quo consuetudinum germanicarum mentio facta est, prouocet, fundatam intentionem habere statuamus? Multa quidem prisci iuris consuetudinarii capita ob ipsam verustatem, contraria obseruantia et legibus abrogata esse ipse RINCKIVS non negat, sed reliqua speculi saxonici capita non abrogata hodienum obseruanda esse contendit. Quis vero certitudinem iuris hodierni ab asserto et testimonio REPKOVI dependere existimet? Quid si, ex iudicio CONRINGII, KOPPII aliorumque virorum iuris germanici peritissimorum, consuetudines speculo saxonico descriptae olim vim iuris non haberunt nisi ex vsu ac obseruantia et quatenus cum moribus medio aevo obseruatis conueniebant, cur codicem Repkouianum hac nostra aetate, licet mutata temporis et reipublicae ratio iam dudum multas Germ. con-

fen-

suetudines ex vnu fori sustulerit, maiorem vim habere ac nulla plane obseruantiae ratione habita, obtinere puteamus? Evidem quo saepius rem diligentiusque considero, eo magis animus inclinat ad sententiam STRUBENII, qui vsum prisci iuris consuetudinarii hodiernum ex solo speculo saxonico probari posse negat f).

### §. IX.

*Eiusdem argumenti absolutio.*

Quae hodienum supersunt in iudiciis prouinciarum iuris saxonici consuetudines a REPKOVIO descriptae, non virtute propria obtinent, sed vi obseruantiae specialis vel legis particularis, qua seruatae sunt. Quare qui ad textum codicis Repkouiani prouocat, non habet fundatam intentionem, nisi illius vsum hodiernum superesse probauerit vel lege seruatum esse constet. Non desunt exempla legum particularium, quibus vnum itemque alterum speculi saxonici caput vim iuris hodierni naestum fuit, adeo ut iuribus receptis praeualere debeat. Leges patriae et praesertim constitutiones ab Electore AVGVSTO ANNO CCCCCCLXXII. latae plenae sunt eiusmodi exemplis, quae iam coaceruare nec lubet nec vacat, sed de illis alia occasione differam. Si eiusmodi lex particularis extat, res nihil habet dubitationis. Sin vero quis in causis forensibus ad loca speculi saxonici, lege particula-

F 3

f) in Neben-Stunden V. Th. XXXII. Abh. §. 27.

ri expresse non confirmata, prouocat, vtrumne audiendus sit nec ne, non conuenit inter eruditos. Evidem ut ingenue dicam, quod sentio, sum in ea haeresi, vt non audiendum esse censem, nisi illorum obseruantiam probauerit. Qua in re omnes mecum consentientes habiturum spero, qui rationes,<sup>a)</sup> quae supra a me expositae sint, paulo curatius considerauerint. Nec defunt alia, quibus nostra sententia confirmari possit, argumenta. Primo ipsi adeo legislatores speculo saxonico non aliud pretium statuerunt, ac illius nullam esse haud obscure declararunt auctoritatem forensem, nisi quatenus in casibus specialioribus obseruantia seruatum esse constet: id quod non solum ex ordinationibus curialibus, quarum supra <sup>a)</sup> mentionem inieciimus, luculentissime patet, sed etiam alia adhuc exempla in promptu sunt, quorum quaedam per laudem quasi saturam iam in medium afferre lubet. A VGVSTVS, Elektor Saxoniae, in diplomate super nouam scabinatus Lipsiensis fundationem a. d. <sup>v. i.</sup> NOV. CIOIOXXIV. edito ita *Nach was Rechten*, inquit <sup>b)</sup>, sie aber erkennen und sprechen sollen, tragen sie als gelehrte und erfahrene Juristen gut Wissen. Nehmlich nach gemeinen kaiserlichen und Landes- üblichen sächsischen Rechten, so viel derer in unsfern Landen durch bestätigten bewährten Gebrauch eingefüret und nicht repro- biret

a) §. VII.

Part. Spec. Cont. 2. von Sachsen

b) in LÜNIGS Reichs-Archiv n. 188. p. 779.

*biret seyn.* Idem statuit princeps Elector CHRISTIA-  
NVS II. in lege iudicaria supremo prouocationum sena-  
tui a. d. VII. Octobr. CIOCV. praescripta <sup>c)</sup>), vbi haec:  
*Man soll in unsern Appellation-Gericht vornehmen die aus-  
gegangene Landes-Ordnung und publicirte Constitutiones,  
auch was Wir hierüber ferner verordnen werden, und dann  
das Land-tübliche sächsische Recht, in acht nekmen;  
was aber in denselben nicht ausdrücklich versehen, soll man  
nach des Heil. Reichs-Constitutionen und Abschieden, und  
nach gemeinen beschriebenen Rechten, urtheilen und erken-  
nen.* Hoc modo et in aliis prouinciis, vbi priscum ius  
saxonicum obtinet, illius vsus definitus est, veluti in An-  
haltino principatu. Ita enim legislatores *Ob wir uns  
zwar, inquiunt <sup>d)</sup>, in unserem Lande des sächsischen Rech-  
tes, so ferne es vsu recipiret, gebrauchen.* Deinde  
si auctoritas doctorum hac in re quicquam valeat, haud  
paucos nominare possum Ictos, qui pro ea, quam de-  
fendimus, stant sententia. Ex illorum numero (nam  
omnes et singulos enumerare nimis putidum foret) prode-  
ant *Bened. CARPZOVI S<sup>e)</sup>*, cui facile omnes assurgunt  
ho-

c) in Cod. Aug. T. I. p. 1225. e) in P. II. Conf. 35. def. 8.  
seq. n. 4. P. III. Conf. 11. def. 13. n.

d) in der erneuerten Anhälti- 10. P. III. Conf. 35. def. 7. n. 2.  
schen Canzellei-Ordnung §. it. P. II. Def. Cl. n. 6.  
XXVII.

homines forenes, Hartm. PISTORIS<sup>f</sup>), Iac. SCHVL-  
TESIVS<sup>g</sup>), Pet. HEIGIVS<sup>h</sup>), Christ. Phil. RICH-  
TERVS<sup>i</sup>), Io. SCHILTERVS<sup>k</sup>), Io. Nic. HERTIVS<sup>l</sup>),  
Sam. STRYCKIVS<sup>m</sup>), Nic. Christ. de LYNCKER<sup>n</sup>),  
Io. Henr. BERGERVS<sup>o</sup>), Io. WERLHOEIVS<sup>p</sup>), Ge.  
Melch. de LVDOOLF<sup>q</sup>), imperialis iudicij camerae aſſeſ-  
ſor, Christ. Godofr. HOFFMANNVS<sup>r</sup>), Dau. Ge. STRV-  
BENIVS<sup>s</sup>), Ge. Lud. BOEHMERVS<sup>t</sup>), Io. Steph. PÜT-

TE

<sup>f</sup>) in P. II. Quæſt. 25. n. 35.  
Quæſt. 26. n. 18. et alibi paſſim.

<sup>g</sup>) in Quæſt. 69. n. 17. et 120.

<sup>h</sup>) in Quæſt. iur. P. II. quæſt.  
27. n. 43.

<sup>i</sup>) in Decis. 28. n. 15.

<sup>j</sup>) in Praxi iur. rom. Exercit.  
I. §. 13.

<sup>l</sup>) in diff. de consult. leg. et iu-  
dit. in ſpecial. rom. germ. imp. re-  
buspubl. §. XV.

<sup>m</sup>) in praef. ad uſum mod. §.  
XXVII.

<sup>n</sup>) in Decis. 1264. et in Reſpons.  
55. n. 3. et 66.

<sup>o</sup>) in Differt. iur. ſelect. diff.  
II. P. III. p. 133. Sed BERGERI  
constantiam hic dēſidero, dum in

Oeconomia iuriſ L. I. T. I. §. 28.  
Not. I. p. 24. ex editione Viri ge-  
neroſiſimi ac ſumme reuerendi  
Car. Godofr. de WINCKLER (Lipſ.  
1771.) contrariaſ ſententiaſ amplexus eſſe videtur.

<sup>p</sup>) in ſpec. I. de iure germanic  
patrio p. 182. ſeq.

<sup>q</sup>) in obſeru. forenſ. P. III. obſ.  
CCXXII. p. 426.

<sup>r</sup>) in ſpec. coniect. de origine et  
natura legum germanicarum p.  
117.

<sup>s</sup>) in Neben-Stunden V. Th. p.  
76. ſeq.

<sup>t</sup>) in Principiis iur. feudalis §.  
30.

TERVS<sup>u</sup>), Io. Henr. Chr̄ſt. de SELCHOW<sup>v</sup>), Io. Aug. HELLFELDVS<sup>w</sup>), et Ge. LENNEPIVS<sup>x</sup>). Denique et consuetudo forensis nostram videtur sententiam confirmare. Quamquam hac in re desideres constantem et vniuersalem fori vſum, qui in tam discrepantibus doctorum opinionibus esse non potest, tamen non defunt tribunalia et collegia Iectorum, quae iuribus receptis, si haec a priscis consuetudinibus patriis iisdemque nec lege nec obseruantia speciali seruatis discrepant, proedriam concedunt, quemadmodum vel ex iis patet, quae *Augustin. a LEYSERY*), et *Ferd. Aug. HOMMELIVS<sup>z</sup>*) college. re exempla. Quin ipsa adeo imperii tribunalia eandem sententiam iam videntur amplexa esse, siquidem iudicium camereae imperii ius feudale Longobardicum, si a prisco iure feudali Saxonico et Alemanno dissentit, in iudicando

<sup>u</sup>) in *Rechts-Fällen*. I. B. p. et 1711. rec. in *Ei. medit. ad pand.* 157. II. B. p. 202. et passim. Völ. XII. p. 365. seq. et p. 422.

<sup>v</sup>) in *Elementis iuris germanici priuati hodierni* §. 36. seq.) Utut autor contrariae sententiae addictus esse videtur, tamen LEYSERVUS ex ipso LEYSERO refutari potest.

<sup>w</sup>) in *histol. iur. germ. cap. IV. sect. I. §. 24.*

<sup>x</sup>) in *Abhandl. von der Leyhe zu Land - Siegel - Recht* p. 222.

<sup>y</sup>) in bin. diss. de collatione priuati iuris saxonici cum iure romano et moribus hodiernis (*Viteb. 1709* et 1739.)

G

cando sequitur, testante id camerae imperialis aſſtore,  
Io. Ulrico L. B. de CRAMER<sup>12)</sup>).

## §. X.

*De Speculi saxonici vſu doctrinali.*

Codex Repkouianus quamquam vſu forenſi seu practico, vt vocant, deſtitutus eſt, tamen vſu theoreti-  
co, dogmatico, in iurisprudentia patria, maximopere  
fene commendat. Innumerā quidem naenias ac fabulas,  
ridicula historiarum monſtra et ſententiarum portenta  
continet; ſed in eo non tam reprehensione quam com-  
miſeratione dignus videtur REPKOVIUS, cum eo tem-  
pore vixerit, quo, in tanta omnium bonarum litterarum  
inſcritia et adminiculorum inopia, non potuit non labi ac  
decipi. Absit igitur, bono REPKOVI O dicam ſcri-  
bre, longiſſime absit ille conuiciandi pruritus, quo inpri-  
mis LVDEWIGIVS aduersus ſpeculatorē flagrauit, vti

ex

<sup>12)</sup> in Obſeru. iur. uniu. T. I. Wolffg. Adami SCHOEPFFII diff.  
obſ. 422. Quid obtineat praxi ca- de proedria iuriſ feudaliſ Longobard-  
merali quoad vſum textus II. F. dici p̄ae iure Alamanico, praeci-  
45. et legum antiquarum germani- pue in obligatione filii ſucceſſorū  
carum, nec non conſtitutionem bo- feudaliſ ad ſoluendum aei alienum  
norum flemmaticorū? Adde conſpicua (Tubing. 1762.)

ex variis eius scriptis <sup>a)</sup> patet. Ille hunc non nisi nomine  
praeconis naeniarum, nugatoris saxonici iuris, specula-  
toris tenebricosi, syncipitis furture repleti, et quae sunt  
alia eiusdem generis, dignum censet et ipsa iura a R E P-  
K O V I O descripta nominat pestilentissima ac non tam fo-  
ro quam pristino digna, in quibus nihil lucis supersit,  
sed vmbrae, sordes et tenebrae regnent. Est sane ca-  
vendum, ne errorum, quos commisit speculator, casti-  
gandorum cupiditate seduicti, vtilia negligamus, quae  
R E P K O V I S fide incorrupta tradidit. Quae enim  
aliis scriptoribus, quos constat, rem, vti erat, aut gesta  
fuerat, planissime tenuisse, vti sciebant, ita dixisse, tri-  
buitur fides historica <sup>b)</sup>, eadem non deneganda videtur  
speculatori, res et consuetudines sui temporis enarranti.  
Quemadmodum autem fidei historicae varii sunt gradus,  
ita R E P K O V I I testimonio in iis plenissime fides tribuen-  
da est, in quibus eius cum ceteris earundem rerum scri-  
ptoribus consensus demonstrari potest. Atqui mirificus  
sane collectionum consuetudinum medio aevo adornata-  
rum et praecipue speculi saxonici et sueuici concentus in  
singulis fere iuris argumentis deprehenditur, id quod tan-

G 2

to

- a) in diss. de iure suffragii regni  
Bohemici c. 2. p. 91. 95. in der  
Einleitung zum teutschen Minzwe-  
sen mittler Zeiten cap. fin. in Pro-  
gram. von Mängeln und Verbesse-  
rung des teutschen Lehen - Rechts  
§. 7. et passim in aliis scriptis.  
b) Io. Aug. ERNESTI in diss.  
iam supra laudata de fide historica  
reste aestimanda.

to minus mirum videri debet, quanto certius constat priscum ius saxonum cum suevico in omnibus fere consentire<sup>c</sup>). Cum igitur speculum saxonum germanicas consuetudines medii aevi contineat<sup>d</sup>), ego lubentissime subscribo sententiae eorum, qui illius diligentem legctionem omnibus, qui ad veram et non simulatam iurisprudentiam teutonicam adspirant, non tantum viarem sed et maxime necessariam esse contendunt<sup>e</sup>). Ut iam nihil dicam de iis codicis Repkouiani capitibus, quae vi legis vel obseruantiae specialis seruata sunt, ad quae penitus conoscenda ipsum REPKOVIVM adire par est, etiam ad historicam priscorum institutorum ac morum cognitionem acquirendam digna est collectio Repkouiana, quae assiduis

c) Ipsi collectores hoc satentur. Ita enim REPKOVIVS L. I. art. 19. Schwäbisch-Récht zweyent sich an nichts anders von sachsenischen saxonico et suevico, eiusque cognitio- und Urtheil zu schelten. Et Autor speculi suevici Cap. 398 §. 3.

d) Frid. Henr. MYLIVS in diff. de iure confuetudinario uniuersitatis 1756.) art. 19. germaniae medii aevi in speculo sich an nichts anders von sachsenischen saxonico et suevico, eiusque cognitio- und Urtheil zu schelten. Et Autor speculi suevici Cap. 398 §. 3.

e) Io. Ge. CRAMERVIS in com- apud SENKENBERGIVM in Corp. iur. Germ. T. II. p. 476. schwä- bische recht zweyent sich nicht von der Sachsenrecht. Wann an erbe ze nemen vund urtheyl zegeben. Sed differentia tam leuis est, vt vix eius ratio videatur habenda esse.

WIESANDVS in progr. de iure ger- manico melius perficiendo (Viteb. 1766.) et in Ei. Opusc. (Lipp. 1782.) p. 191. seq.

affiduis conteratur manibus a studiosis iuris patrii. Quid enim? Quemadmodum nullum institutum germanicum tam immutatum est posteriori tempore, quod non aliquid ex prisca indole trahat ac retineat, ita, sine accurate cognitione priscorum institutorum ac morum, hodierni iuris origines et rationes nec erui nec rite explicari possunt. Quo plura autem hodienum obtinent instituta ac mores, quorum haud obseura in speculo saxonico deprehenduntur vestigia, eo diligentior Repkouianis cognoscendis impendenda est opera, cuius neminem poenitentebit, qui quantum lucis recentiora ex antiquis capiant, haud ignorat. Qui quidem speculi saxonici usus non solum in iure Germanorum priuato cernitur, sed etiam in iure publico conspicuus est<sup>f</sup>), siquidem REPKO VIVS non tantum consuetudines, quae ad ius priuatum pertinent, collegit, sed et instituta, quae ad Germaniae statum et ius publicum medii aevi spectant, diligenter retulit. Denique unum adhuc silentio praeterire nequeo, quod quemque allicere debeat ad cognoscendos priscos ritus, mores ac instituta a REPKO VIO descripta. Nam ut quisque illorum historica notitia optime instruetus ad applicationem legum, quibus hodie Germania regitur, accedit, ita, an et quatenus leges peregrinae ad negotia

G 3

dome-

f) Io. Iac. MOSER in teutschen in der Litteratur des teutschen Staats-Recht II. Th. I. B. 26. C. Staats-Rechts I. Th. §. 23.  
§. 9—27. Io. Stephan PÜTTER

domestica possint applicari, accuratissime iudicare potest ac sibi cauere ab errore eorum, qui diuersissima iura inter se plane commiscent, imitantes pictorem, qui in eadem tabula plurima plane diuersa ac pugnantia copulat, talemque exhibet picturam, qualem describit ac false deridet HORATIVS<sup>g)</sup>.


---

Plura de re, in qua pertractanda hucusque versatus sum, scribere cupientem grauior augustiorque causa stilum reuocat. Cum enim FRIDERICVS AVGVSTVS, SERENISSIMVS PRINCEPS ELECTOR SAXONIAE, PATER PATRIAE DILECTVS, per SVMLOS VIROS, qui Academiae nostrae auctoritate praefunt, mihi munus Professoris iuris saxonici decreuerit, meque singulari quodam munificentiae beneficio ornauerit, iam meae pietatis exposcit et officii ratio, ut SERENISSIMO PRINCIPI NOSTRO et AMICIS illius gratias agam, mcmque munus, more maiorum, in concione solemni adeam. Sed quoniam huius meae pietatis ac lactitiae quamplurimos illustres testes habere cupio, VOS, RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, PRINCIPES CELSISSIMI, COMITES ILLVSTRISSIMI, VTRIVSQVE CIVITATIS

PRO-

g) *de arte poetica princip.*

PROCERES GRAVISSIMI, COMMILITONES  
CARISSIMI, qua quemque pietate, reuerentia et  
diligentia par est, etiam atque etiam oro rogoque, ut  
orationi meae aditiali, qua *causas, quare usus iurium*  
*peregrinorum in foro saxoniae serius ac in reliquas*  
*Germaniae prouincias penetrauerit*, enarrabo, quam-  
que d. xxviii. Maii hora ix. in Auditorio Iectorum reci-  
tabo, intersint frequentes propitiique; quam comitatem,  
illo officiorum genere, quo vñquam potero, pensare  
studebo. P. P. in Vniuersitate Artium Lipsiensi, die  
dominica Rogate, anno a C. N. CIDIOCCCLXXXIII.



#### STATISTICKA VYV

ULB Halle  
002 802 503

3



St.





B.I.G.



DE

# SPECVLIS SAXONICI VSV ET AVCTORITATE

EXPONIT

E T

AD AVDIENDAM ORATIONEM

Q V A

M V N V S

## PROFESSORIS IVRIS SAXONICI

IN ACADEMIA LIPSIENSI

DIE XXVIII. MAI. A. C. N. CCCCCCLXXXIII.

RITE AVSPICABITVR

HUMANISSIME INVITAT

## IO. ADAMVS THEOPHILVS KINDIVS

IVRIS SCIENTIAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR SUPREMAE

IN PROVINCIA CVRIAIE ASSESSOR IVRIS SAXONICI

PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS

ACADEMIAE SYNDICVS.

LITTERIS KLAVBARTHII.

